

mus, ad hæc tormenta meræ deliciae sunt. Et tamen fugimus, averfamur, & execramur hæc nostra medicamenta.

Econtra anima Christum sincerè diligens, aliam vitam & conditionem sibi in hoc mundo non optat, præter hanc Christi: hoc unicū in lucro deputans & gratum acceptumque habens, quia digna fuerit Christo compati. Jam cū non nesciam⁹ per tribulationes ad regni cœlestis ineffabilē gloriam perveniri, quid causæ dicemus, quo minus cum gaudio illas excipiam⁹? Imo cum non nesciamus ipsum filium Dei hanc viam confecisse, illam exemplo suo sanctificavisse, nec nisi per tribulationes regnū suum intrare voluisse? Denique cum certi simus momentaneos cruciat⁹ æternis gaudijs compensari? Atqui nostrum erat Christum vicissim diligere, nec ulla tribulatione fatigari: sicut ipse amorem nostri sibi met non pepercit, sed omnia libentissime pro nobis sustinuit.

*Vita Christi est maxima spiritualis nobilitas,*

*Tribulationes sunt à Christo sanctificate.*

*Christus nostri causa sibi ipsi non pepercit.*

CAPUT XIX.

QUOMODO IN CHRISTO CRUCIFIXO VELUT IN LIBRO VITÆ CONTEMPLARI OPORTEAT PECCATA NOSTRA, DEIQUE IRAM, JUSTITIAM, CHARITATĒ, & GRATIAM.

H 3 Apoc. 5.